

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum lætitia sit deuotionis effectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

A D S E C U N D U M Dicendum, quod ea, quae sunt diuinitatis, sunt secundum se maxime excitantia de lectionem, & per consequens deuotionem: quia Deo est super omnia diligendus. Sed ex debilitate mentis humanae est, quod sicut indigent manu ductione ad cognitionem diuinorum: ita ad dilectionem per alii qualiterib[us] nota, inter quae præcipuum est humanitas Christi, secundum quod in præstatione dicitur. Ut dum uisibiliter Deum cognoscimus, per hunc in instabilium amorem rapiamur. Et ideo ea quae pertinent ad Christi humanitatem per modum cumdam manu ductionis, maxime deuotionem excitant, cum tamen deuotio principaliter circa ea, quae sunt diuinitatis, consistat.

A D T E R T I U M Dicendum, quod scientia, & quicquid aliud ad magnitudinem pertinet, occasio est, quod homo consideret de scipio, & ideo non totali erit Deo tradat. Et inde est, quod huiusmodi quandoque occasionaliter deuotione impediunt, & in similibus, & mulieribus deuotio abundat elationem comprehendit. Si tamen scientiam, & quamcumque aliam perfectionem homo perfecte Deo subdat, ex hoc ipso deuotio augetur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum latitia sit deuotionis effectus.

A D Q U A R T U M sic procedit. Vt, quod latitia non sit deuotionis effectus: Quia ut dictum est, passio Christi ad deuotionem excitat: sed ex eius consideratione cōsequitur in aia quædam afflīctio, & in illud Tr. 3. Recordare paupertatem meæ, absinthii, & felis quod pertinet ad passionem: & postea subditur: Memoria memor ero, & tabescet in mea mea ergo delectatio, siue gaudium non est deuotionis effectus. ¶ 2 Prat. Deuotio p̄cipue confitit in interiori sacrificio spiritus: sed in Pfa. 50. dicitur, Sacrificium Deo spiritus contributatus. ergo a filio magis est deuotiois effectus: quam inuiditas, siue gaudium. ¶ 3 Prat. Greg. Nilenus dicit in lib. de homine, quod sicut ritus procedit ex gaudio, ita lacrymæ, & geniti sunt signa tristitia: sed ex deuotione contingit, quod aliqui prorumpant in lacrymas. ergo latitia, quod gaudium non est deuotionis effectus.

Sed CONTRA est, quod in collecta dicitur. Quos ictiunatoiu[m] castigat, ipsa quoque deuotio sancta letificat. RESPON. Dicendum, quod deuotio per se quæde, & principaliter ipsu[m] latitia metis causat, ex consequenti autem, & per accidens causat tristitia. Dicendum est, n. q[uod] deuotio ex duplice consideratione diuinæ bonitatis: quia ista considerationis pertinet quasi ad terminum motu voluntatis traditum se Deo. Et ex ista consideratione per quidem lequit delectatio, & in illud Psal. 76. Memor fu[er] Dei, & delectatus sum. Sed per accidens hæc cōsidere tristitia quædā causat in his, qui non plene Deo fruuntur, & in illud Ps. 41. Siruit anima mea ad Deum forte unum, & posse sequit[ur]. Fuerit mihi lacrymæ meæ &c. Secundario vero catur deuotio, ut dictum est, ex cō-

sideratione propriorum defectuum. Nam haec consideratio pertinet ad terminum, a quo homo per motum uoluntatis deuotio recedit, ut, si non in se existat, sed Deo se subdat. Haec autem consideratio econuerio se habet ad primam. Nam per se quidem nata est tristitia causare, recognoscendo proprios defectus, per accidens autem letitiam, s. propter spem diuinæ subventionis. Et sic patet quod ad deuotionem primo, & per se consequitur delectatio: secundario autem, & per accidens tristitia, quæ est secundum Deum.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod in consideratione passionis Christi est aliquid quod cōtristet, s. defectus humanus, propter quem tollendum Christum pati oportuit: & est aliquid quod laetificet, s. Dei erga nos benignitas, quæ nobis de tali liberatione prouidit.

B A D S E C U N D U M Dicendum, quod spiritus, qui ex una parte contributatur propter presentis uitæ defectus, ex alia parte condelectatur ex consideratione diuinæ bonitatis & ex spe diuinæ auxilii.

A D T E R T I U M Dicendum, quod lacrymæ proru[m]punt non solum ex tristitia, sed etiam ex quadam affectus teneritudine, præcipue cum consideratur aliquid delectabile cu[m] permissione alicuius tristabilis, sicut solent homines lacrimari ex pietatis affectu cu[m] recuperant filios, vel charos amicos, quos estimauerant se perdidisse. Et per hunc modum lacrymæ ex deuotione procedunt.

QVAESTIO LXXXIII.

De Oratione, in decem & septem articulos diuina.

C E INDE considerandum est de oratione. E. T. CIRCA hoc quadruplicatur decem & septem. ¶ Primò, Vtrum oratio sit actus appetitiva uirtutis, vel cognitionis. ¶ Secundò, Vtrum sit conueniens orare Deum. ¶ Tertiò, Vtrum oratio sit actus religionis. ¶ Quartò, Vtrum solus Deus sit orans. ¶ Quintò, Vtrum in oratione sit aliquid determinate petendum. ¶ Sexto, Vtrum orando debeamus temporalia petere. ¶ Septimo, Vtrum pro aliis orare debeamus. ¶ Octavo, Vtrum debeamus orare pro inimicis. ¶ Nonò, De septem petitionibus orationis dominicae. ¶ Decimò, Vtrum orare sit proprium rationalis creaturae. ¶ Undecimò, Vtrum sancti in patria orient pro nobis. ¶ Duodecimò, Vtrum oratio debeat esse uocalis. ¶ Tertiodicimò, Vtrum attentione requiratur ad orationem. ¶ Quartodecimò, Vtrum oratio debeat esse diurna. ¶ Quintodecimò, Vtrum oratio sit est in causa ad impetrandum quod petitur.

Secunda Secunda S. Thomas.

Super quæst. octaua
septemteris Articu
culum primum.

I art. i. q. 8; adhuc
licet orationis nomine
plures significations
habeat, & alius apud
grammaticos, & alter
apud rhetores, alter
apud theologos su
matur, vt de le pater:
non ideo author et
ymologiam Caihoc
dori, quæ etiam est
Hieronymi, attulit,
vt significacionem su
per etymologiæ fund
aret, sed vt ex illa oc
cafonem haberet in
grecis ad distinctionem
orationis specula
tive, & practice, &
ex earum officijs vna
manifesta orationis
significatiō nem, que
est ad propositum, l.
pro petitō, seu de
precatione, locaret in
proprio subiecto, ac
per hoc responderet
quærito. Habet igit
ex hoc loco quid no
minis: quia significat
petitionem. Habet &
quodammodo quid
re: quia petitio est a
ctus rationis practicæ,
quo homo dispo
nit ordinat aliquid
per alium agendum.
Per has enim particu
las distinguunt ab a
ctibus appetitus, &
rationis speculatiō,
& alijs actibus ratio
nis practicæ, vt facile
est discurrere p
colorem. Memento ta
men.

B B men